



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

76. Tria in locutione observanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Orandi studium decet esse frequentius : ad sis
 Crebrius ut Triadi, quæ tibi semper (a) adest.

[a] Ipsa quidem Trinitas omnibus adest : tunc autem & nos ipsi adsumus, cum ipsam invocamus castissimis orationibus & revelatâ mente &c. Ita noster Pincharius de triplici statu devoto anima lib. 3. in initio ex D. Dion. lib. 3. de divinis nominibus.

SYMBOLUM 75.

Tria commoda ex silentio.

Malorum evitatio, bonorum procuratio, sapientiæ æstimatio.

Quantorum sit lingua tacens cautela malorum,
 Mille licet linguis vix numerare queas.

Quis numeret cumulos quæ congerit ipsa bonorum ?

Causa bonæ famæ mater honoris erit.

Stulte taces ? multis sapiens reputabere : disce

Verba negans homini (a) cor referare Deo.

[a] Dum strepitus humani cessat alloquij, construitur in te per silentium templum spiritus S. Pet. Damiani epist. 130. ad Agnetem Imper.

SYMBOLUM 76.

Tria quæ in locutione præcipue sunt observanda juxta Reverendissimum P. Petrum Pincharium, scil. Tarditas, Circumspectio, Brevitas. Vestis nupt. lib. 2. cap. 14.

Grata sit effrenis triplex moderatio linguæ : (rens.
 Hæc tibi Staurophorûm dat documenta (a) Pa-

(b) Non sis festinus, præceps, ut tardus ad iram ;

(c) Sis circumspectus, quidve loquere, vide.

(d) Sis brevis ut sapiens, stultus sua verba profundat :

Moribus his, Triadi, terrigenisque places.

[a] Id est Magister Generalis Ord. S. Crucis. [b] Juxta illud Eccl. loquere adolescens in causâ tuâ vix cum necesse fuerit. [c] Juxta id, disponens sermones suos in judicio puta discretionis. [d] Eccl. 2. Cor stultorum in ore ipsorum, os autem Sapientum in corde ipsorum. Ita Pincharius.